

Franckesche Stiftungen zu Halle

Ad Actvm Oratorivm, Die XXI. Decembris MDCCXIIIX. Ab Hora I. Post Meridiem, In Coenobii B.M.V. Templo A Paedagogio Nostro Habendvm, Maecenates, ...

Müller, Daniel Christoph

Magdebvrgi, [1719?]

VD18 9082069X

Abschnitt

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-202534



Σὺν τῷ Χριστῷ.



Vernadmodum feliciores religionis nostræ interpretes magno consensu vrgent, doctrinam de CHRISTO in sacra theologia regnare: ita in *historiis* idem sequendum esse existimo, vt obseruationes de CHRISTO, & ipsius in his terris politia, quæcumque in hoc studiorum genere tradenda sunt, aut regant, aut certe *præcipuum* eorumdem sint momentum.

Atque hoc ipsum consilium quam conueniens sit & iustum, de hoc dubitandum animum spero conuictum iri, si, qui errores, qui naui sint, quæ lapsiones & maculae historicorum, a CHRISTI aut notitia, aut veneratione alienorum, paullo pensculatius consideres. Non dixerim equidem nunc, quid de omni CORNELII AGRIPPÆ, equitis aurati, scriptione habendum sit: non possum tamen non profiteri, virum perspicacis ingenii solito iustius in historicos inuentum esse, (a) quod sæpe sibi parum consent, quod nugaces sint atque impudentes; adde, quod impudici sint, quod

(a) Henric.
Corn. Agrip.
pa ab Nettes-
heym de In-
certitud. &
Vanit. scien-
tiar. c. 5.

quod maledictis auferantur, in eligendis, quae vere prodesse queant, indiligentes, & quod raro iuuentuti christianae, citra damni metum, in verae emendationis spem proponi possint. Ipse quidem huius rei reos complures postulat, & eorum plurimos ipsorummet merito: profecto autem, qui scholae gratia labores & monimenta historicorum euoluunt, hos Agrippae consentientes habebimus, & de veteribus & de multis recentiorum, quam vere in eos dictum sit illud: *sunt mediocria multa* in ipsorum commentariis, *sunt mala multa*. Cupiditas gloriae vndique patet, iocorum, arrogantiae plena sunt pleraque; ad minimum doctrinae vtilis, (b) *historiarum condimenta, suspiria pia, vota, preces pro christiani coetus miseria, genuinum pro rebus diuinis studium, ubi non exfulant? Scilicet qui CHRISTVM, DEIque gloriam non vnicum dicendorum, scribendorumque finem constituunt, hi neque a sceleribus, nedum ab his naevis historicis, tuti vsquam & muniti erunt.*

(b) *Quas requirit Dedicatio magni Philippi Melancthonii, in Carionis Chron. Part. I. §. 5. Et si.*

Esse autem CHRISTVM princeps rerum gestarum, omnisque adeo historiae momentum, & palmarium istud, ad quod feriendum omne scriptorum consilium ferri oportebat: de eo sane, quum omnis in omni re disputatio a primis rerum originibus tuto proficiscatur, argumentari fere ex ipso rerum conditu licet. Quæso enim te, nisi generi humano, toti in denia proruenti, atque ad insaniam conuerso, sponsor hic se adiunxisset: tune conclamatum de familiis, de rebus publicis, de imperiis, de regnis, horumque certe de felicitate actum fuisse, Deo grauissime offenso, existimaueris? Deinde, rogo, contemplemur

causam, qua sapientissimum Numen rerum fasces, potentatus, regimen supremum in certos homines deuoluerit? Nulla hic alia emerget, quam cultus diuini & religionis verae, in maius & amplius proferendae: siquidem ad alendam impietatem constitutum esse magistratum, aut solum externae felicitatis causa, dedecorosum plane foret tam sancto muneri. Quantopere autem religio ad Christum pertineat, sine quo nulla vigere vspiam potest: id ex diuinae irae fulminibus patet, quibus in regna omnia, in prouincias, in gentes grauissima vindicta, deuastatio, euersio parata est, quarum religiositas non vni ipsius honori & cultui mancipetur, testibus Iesaja, Dauide & Bileamo (c). Tantum Num. XXIV, denique abest, ut DEVS in ordinandis rebus humanis FILII sui oblitus fuerit, ut quidquid orbis terrarum, maxime per quatuor summa imperia, illustre vniquam & notatu dignum euenit, soli famulatum CHRISTO ipsiusque regno esse, diuiniore litterae, rerumque euentus, promte satis perhibeant.

(d) Dan. II. Testis est lapis Nebucadnezaris, statuae τε-
 34. τραμετάλλης percussor apud Danielelem (d), qui
 (e) Io. Bodinus in Meth. FILII DEI ἐνσάρκωσι, sed & sacram eius usque
 rhod. qui tam ad finem mundi oeconomiam, post tria maiora re-
 men paullo gna, in ultimo conspicue adfuturam mire praesa-
 post rem de giit. Licet enim non desint, qui fatidicum Ne-
 Babylone bucadnezaris somnium alio exponant, aut de sola
 etiam expo- Iudaeorum ecclesia totam statuam, aut de Turcis (e),
 nit. aut de Nebucadnezare, Euilmerodacho & Belsa-
 zare;

zare; *ferrumque ac lutum* de Cyro & Dario Medo (f); *saxum* denique de dimisso exilio (g), aut de imperio Romano, & aliter (h), interpretati: ἀπλότητος *tamen* christianae sectatoribus ipse Daniel obest, quominus a recepta christianorum doctorum sententia deficient. Etenim quod de lapide, quem per quietem opinione sua Nebucadnezar speculatus fuerat, diuino spiramine adiutus Daniel coniicit, id de Deo, regnum aeternum in omnes nationes datur, clarissime loquitur (i), ipso GROTIUS interpretum auctoritates admirato (k), licet a vera sententia non nihil sit ipse alienior. Quod autem ad ista quatuor imperia, quae monarchica non prae-ter omne fundamentum adpellamus, diuinus auctor resperxit, euincitur ex eiusdem verbis; ubi ipsae litterae quatuor regna sonant (l); deinde ex parili vatis visione de *quatuor bestiis*, de *ariete & hirco caprarum*, rem dictam citra dubitationem praesignificantibus (m). Quibus quae oggeri, nisi arenosa, possint, suffragatoribus rei grauissimis, venerando Halensium theologo, IOACHIMO LANGIO (n), IOANNE item COCCIO (o), & rursus τῷ πάντι GROTIUS (p), si conscientiae satisfieri velis, non video.

Hic autem iam aduerte animum, Lector, utrumne hoc Nebucadnezaris lapide CHRISTVS noster regnorum omnium, quae statua designauit, praecipuum, immo primum & vltimum momentum constituatur. Nae hic lapis, ut pedes concussisse dicitur, i. e. imperium Romanum, ita etiam fregit (q) deiectae statuae caput aureum & pectus argenteum & crura aerea, q) Dan. II. 35.

(f) *Celeb. Herm. von der Hard de Quat. Monarch. Bab. p. 8.*
(g) *Id. p. 29.*
(h) *Conf. haec in Poli Synopsi p. 1349. §. 40. Vol. 3. & alibi.*
(i) *Dan. II. 44. collat. Apoc. XII. 18.*
(k) *de Verit. Rel. Chr. lib. 5. §. 14. in not. adde Cocceium in Dan. II. §. 33. & Polum d. l. (l) Dan. II. 39. 40.*
(m) *VII. 3. 17. VIII. 3. seqq. 15-20. 21.*
(n) *Hist. Eccl. V. T. p. 733.*
(o) *ad Dan. IIX. p. 43 §. 7.*
(p) *ad Dan. II. 38. 39. 531.*

(r) in Com.
ment. seu
Prael. in
Dan. ad h. l.

aerea, seu Assyrios, Persas, Graecos; nouamque plane faciem (quæ sunt MARTINI GEIERI (r) verba) toti orbi superinduxit. Superinduxit? Immo etiam induxit, veteribus regnis abolitis, nouisque constitutis atque excitatis, vt quæ inimica CHRISTO erant, tamquam figuli vasa, confracta quasi dissiparentur. Propheta enim: *comminuet*, inquit, *hoc regnum & consumet vniuersa hæc regna*. Quod quocumque tempore aut factum aut futurum esse interpretibus videatur, aliis hanc regnorum euersionem descensui CHRISTI in humanam naturam, aliis postremo ad nos reditui vindicantibus; licet rutissimum sit neutri sententiae mordicus inhærere, sed intelligere vniuersam CHRISTI, *omni* horum imperiorum tempore (s), oeconomiam: Singuli tamen in eo, necesse est, conueniant, factum id esse, aut futurum adhuc, *vnice propter* Dan. II. 44. CHRISTVM, eiusque regnum, delapso lapide significatum.

Ire autem per spatiosum Historiae campum, & vrgere omnia ac singula rerum gestarum momenta possem, in quibus Messiae ratio ac gloria exsplenduit. Vbi, quum nihil vnquam factum sit, quod non (t) aut pro CHRISTO militauerit, aut aduersus eum a daemone subornatum non fuerit, amplissimam dicendi materiam, nec facile superandam, oblatum iri crediderim. Possem enim ad Aegyptios prouocare, qui propter solum MESSIAM Israelis exitum non poterant perficere (u); nec minus ad ipsum diluuium (w); porro ad interitum totius Cananæ gentis (x), itemque ad Idumæorum, Arabum, Aethiopum aliorumque pœnas, ab Iesâia (y) denuntiatas, ad exilia
Iudæo-

(t) Gen. III.
15.

(u) Deut.
VII. 8. (w)

Gen. VI. 18.
1. Petr. III.

19. (x) Deut.
IX. 5.

(y) Iesâiae
XXI. 11. seqq.

XX. 1. collat.
XIX. 17. &c.

Iudæorum (z) sub Affyriis & Romanis; denique ad (z) *Deut.*
 sanctorum virorum vitas, quorum singuli, CHRI- *XXXII. 18.*
 STI spiritu imbuti, eiusdem quasi buccinatores & *19. seqq.*
 factis & sermonibus exstiterē (aa). Qua in re au- *Matthæi.*
 diendi sunt omnino, qui CHRISTVM in scriptu- *XXVII. 25.*
 ris sacris inuestigandum docuerunt; inter quos prae- *(aa) 1. Petr.*
 cipue eminet venerabilis academiae Halensis pater, *I, 10. 11.*
 AVGVSTVS HERMANNVS FRANCKIVS (bb): (bb) *Conf. li-*
 nec non exemplorum diuinæ vindictæ collectores, *brum: Chri-*
 in quibus noster potissimum orbis celeberrimum *stus de Kern*
 IO. HENRICVM MAIVM admiratur, theologum *H. Schriff*
 academiae Ludouicianae in Hassis. Sed parcius est in *in primis pag.*
 tam vberi negotio agendum, in primis vbi Nebucad- *379-394.*
 nezaris imaginem ipso euentu etiam satis multa loqui
 de CHRISTO deprehendamus; vtpote cuius causâ,
hoc est, ecclesia, populi Iudaici mores, hostium ty-
 rannicum robur, gentium quoque fastus, luxus &
 turpitudine, in illustribus diadematum mutationibus vn-
 dique claret.

Quid enim ab initio Affyriorum seu *Babyloni-*
orum rebus erat minus? quid contemptius? Pressi ab
 Arabibus CCXV. annis, a Parthis, a Medis per Ar-
 bacem, & alias, maxime vexati fuerant, regum qua-
 uis muliere lasciuiorum otio & corruptis moribus
 oppido infirmati, ac Iudaicis viribus multo inferio-
 res, tenebrisque inuoluti esse videbantur, adeo, vt
 regum vix nomina, qui a Nino vsque ad Sardanapa-
 lum recensentur, historicis credamus. Tantum aberant
 a *monarchico* fastigio, quod postmodum a Nebucad-
 nezare indepti sunt! Neque enim ante Nebucadne- *(cc) Dan. 11,*
 zarem hos honores Babylone fuisse, ipse Daniel *(cc) v. 38. TV es*

452 auctor caput cet.

auctor est, cum magni nominis historicis, inter quos legendus est inprimis CHRISTOPHORVS CELLARIVS, ὁ μακρίτης (dd). Quæris, quando Assyrii hoc felicitatis culmen patuerit? quando in finitimarum gentium formidinem adeo adsurrexerint Babylonii, vt, quod ex alijs Iosephus (ee) miratur, factorum numero ipsum Herculem anteirent? Profecto non alio istud tempore factum est, quam quum Iudaicae gentis fastum reprimere, & mores corrigere, idque nascendi FILII gratia, DEUS constituisset. Quid dicemus de *Persarum* Cyro, in quo imperium alterum, solum propter Assyriorum in familiam Christi tyrannidem, ad summam orbis terrarum potestatem emerfisse, ipse Spiritus Sanctus testatur (ff), promissa huius excitatione, regioque nomine praedicato, miseros de exilio consolatus. Vt autem taceamus fastum luxumque incredibilem Persarum, regni CHRISTI hostes nocentissimos, de quibus Q. Curtius Rufus (gg) in Alexandri M. Persicis moribus deprauati, & Darii Codomanni historia non nihil commemorauit: adeo hisdem offecit fauentia, in Iudaeos, CHRISTI profapiam, designata, vt, quo altius per Cyrum adscenderant, eo grauius cum Dario Codomanno, Graecis rerum potitis, deturbarentur. Alexander scilicet, vt erat mitis & religiosus plerumque, ita multo in sacram gentem benignior erat, multoque etiam dignior orbis terrarum sceptro visus est: qua de re Iadduae, pontificis summi, supplex veneratio, vaticiniorum Danielis admiratio, nec non priuilegia & beneficia, populo collata, passim in

(dd) *De Principio Regnorum & Historiarum praecip.* §. 18. & 19. *Conf. Dn. D. Langii Hist. Eccl.* V. T. pag. 733. *theof.* 2. (ee) *de Bello Iud.* lib. 10. c. 13. (ff) *Ies.* XLIII. 28. XLV. 1.

(gg) *IX.* 6. *20. VIII.* 5. 6. *III.* 3. 8. *scqq.*

in auctoribus historiarum (*hh*), non sine iucunditate (*hh*) *Ioseph. de Bell. Iud. lib. II. c. 8.*
leguntur.

Tantumne? Qui vel cursim *graecas* res intue-
tur, in eodem, quod vrgemus, Historiarum praeci-
puo, huius quoque imperii extrema inueniet. Quo
vna cum immensa gloriae cupidine, luxu, crudeli-
tate & iracundia, quibus vere Magnus Alexander fuit,
eiusdem fastus referri debet, a IVSTINO (*ii*), & (*ii*) *lib. XI. II.*
alibi alias, descriptus; maxime autem successorum *6. & II. repete*
crudelitas, in Iudaeos grassata, vt Epiphanis, Se- *Curt. VIII.*
leuci Philopatoris, & aliorum. Quemadmodum *5. 5. 6.*
enim in hoc populo fere fortunam, quam caduca ef-
fet & instabilis, infelices reges experiri oportuit:
ita non immerito eundem in caussa fuisse dixerim, cur
ad Romanos orbis terrarum arbitrium, primo pe-
deremtim, deinde quodam quasi impetu facto, pro-
xime ante CHRISTI natiuitatem deuolutum sit. Eun-
tibus autem per imperium *Romanum*, quomodo de-
esse poterit, quod in reliquis tantopere lucet? Im-
mo in Constantini Magni, Caroli cognominis, inque
singulis imperii articulis, & in vniuersa Europae, in pri-
mis Germaniae, Historia tam admiranda CHRISTI pro
ECCLESIA excubantis, vestigia sunt rem serio agentibus
ante oculos, vt eadem non obseruare, vitio ver-
tendum sit maxime.

Tandem quoque incredibile dictu est, quam
utilis res sit historia, & quam suauiter animum ex-
faturet, reperto in eadem, quem colimus, CHRISTO
IESV, vbique in ista regnante. Certum est enim, quam

B

459

quod

quod certissimum, profectis ex hoc ipso veris virtutum nutrimentis & praesidiis, id demum effici, ut quaedam vitae morumque magistra sit historia, & calamitatum aequo animo ferendarum in hoc speculo, quum & CHRISTVM imaginetur, efficax ostendatur subinde solatium. Tot sunt bonorum exempla, aliquando in ipsis etiam paganis, quae imiteris, tot malorum, quae fugias, ut legis diuinae commentarius & quasi *decalogus* esse videatur historia; in quibus omnibus CHRISTVM amplexatus, a quo solo omnis bene agendi facultas petitur, dubium non est, quin prudentiae, temperantiae, iustitiae, frugalitatis quamdam heic omnino scholam & palaestram inuenias. Quis pariter inter medios tempestatum fluctus & publicas calamitates, si iisdem non modo intersit, sed praesit etiam robur IEHOVAE, FILIVS ipsius VNICVS; quis, inquam non hilaris esse poterit (kk)? quis deiectum animum ad spem meliorum non erigat, ubi continuo historiarum nexu non aliter DEVM bellis, ipsisque tyrannis, viderit uti, quam carbonibus fabrum aurarium? quam virga praeceptorem? Deferuescere enim iram offensi iudicis, exspirare fauillas, confringi baculos, ex omnium saeculorum monumentis adparet.

(kk) *Ies. VII.*
15. 16. X. 12.
15. 26. 27.
VIII. 9. 10.

Iucunda sane res, & multo utilissima! In qua tamen ulterius prouehi per solitam programmatibus breuitatem non licet; siquidem non nisi studium in hanc rem eximium *quatuor* primi ordinis *alumnorum*, bonae spei iuuenum, indicandum erat. Quibus quum facta *Actus publici* mentione non aliud argumen-

gumentum. quam historicum de CHRISTO, probare [possem], *quatuor Monarchias* ita dispescendas esse statui, vt, qui dicendorum ipsi auctores esse voluerant, inde exciperent singuli, quidquid ad illustrandam DEI pro FILII sui natiuitate prouidam curam facere, augurarentur. Quae ego redacta in ordinem ipsis elaboranda, & publice peroranda, hac obseruata lege concessi, vt, adhibito *Prologo & Epilogo*, adiungerentur non nulla alia de CHRISTO NATO inter reliquos, duce clarissimo *Philippo Henrico Steinrück* / ord. Paedagogii Praeceptore, scenice & iucunditatis gratia, ceteris intermiscenda. Series haec esto.

OTTO FRIDERICVS von Guericke / Magdeburg.
Agmen ducet, indicato instituto, Auditorum beneuolentiam rogaturus, latine. Deinde

1. CASIMIRVS HENRICVS Pfeill / Magdeburgensis.
Monarchiam Assyriorum seu Babylonicam perlustrabit latina prosa.

Hic FRIDERICVS IOSEPHVS Windler / Magdeb.
Carminum germ. *Dialogi scenici rationem dicturus, una cum Dialogo scenico primo, interueniet. Tum*

2. IOANNES CAROLVS Krause / Halensis Magdeb.
in imperio Persarum occupabitur prosa graeca.

3. Gotthilff Engelhard Schröder / Magdeburgensis.
De rebus graecis dicet; cui se statim adiunget Colloquium scenicum secundum.

460 4. Gotts

4. **Gottlieb NATHANAEL Lange** / Berolin. March.
De singularibus Christi sub imperio Rom. dicturus est
 lat. prosa Cui succedet scena III. Tandem

IOANNES SAMVEL Semler / Mangelsdorff. Magd.
Actui finem imponet, carmine lat. Deo & Auditoribus
gratias acturus.

Quibus oratoribus nostris ut auditores conciliemus,
MAECENATES, PATRONOS & AMICOS
 litterarum, omnesque qui nobis aut litteris bene cupiunt,
 inuitatos singulos rogatosque, qua par est obseruantia,
 volo, ut in **TEMPLO NOSTRO** a. d. XII. Kal. Ianuarias,
 ab hora I. post meridiem, adesse frequentes ne de-
 dignentur. Officia quaeuis, mutuo praestanda, una
 cum **SVMME VENERABILI PRAESVLE**
 coenobium & schola sancte
 recipiunt.

P. P. in PAED. B. M. V. XIX. Kal. Ian.
 CIO IDCC XIX.

